Brzeziny antiqua Obligatio

Coram officio et Actis praesentibus Castren Capitanealibus Branscensibus per-
sonaliter comparentes Nobiles Joannes olim Bartholomaei Kosek et Eva
filia olim Pauli Brzezinski coniuges ipsa quidem Eva cum eiusdem
mariti sui authoritate et assensu sani mentibus et corporibus existentes pa-
lam publice ac libere recognoverunt et quilibet illorum suo pro interesse
recognovit. Quia Nobili Joanni olim Melchioris Brzezinski bonorum
suorum immobilium in haereditate Brzeziny antiqua sitam aream sexe sul-
corum a via per villam tenden ad campos protenden inter metas Pau-
li et matris suae iacen cum horto arboribus non cindendis et omnibus
utilitatibus fructibus proventibus redditibus attinen et pertinentiis
nullis exceptis in viginti uno floren polon de anno in annum et sic
consequenter usque ad exemptionem et summae praefatae integram
et indivisam exolutionem obligavit et inscripsit. Cui iam exnunc In-
tromissionem realem cum actuali ac pacifica possessione per Ministerialem et Nobiles
duos officiose acceptan dant et admittunt. Eaemque tuitionem et Evi-
ctionem omnimodam occasione praemissorum ab omni impedimento iuridi-
co quarumvis personarum propinquarum et remotarum toto tempo-
re tenutae eiusmodi cavent Sub Vadio simili alterius eiusmodi
summae Et coram officio praesenti peremptoria monitione sine ulla
Dilatione motione appellatione diffugio quovis ac Exceptione.

Osmolski Demissio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Branscensibus perso-
naliter comparens Nobilis Gregorius olim Jaroslai Krasowski Sobota de Szmurly haeres
sanus mente et corpore existens palam et libere recognovit. Quia Nobili Alberto
Osmolski filio Nobilis Valentini et ipsius posteris obligationem suam terrae in
Nobilis in bonis Szmurly sitae sibi recognoscenti per Nobilem Valentinum
olim Andreae Krasowski in Tredecim florenis polon inscriptam cum omni-
moda potestate eiusmodi Inscriptionis suae ac parata Intromissio-
ne possessione tuitione Evictione et ligamentis in originali Inscriptio-
ne contentis accepta sua sufficienti satisfactione demittit omneque
et integrum ius suum sibi ad praemissa serviens in personam eius et
ipsius successorum plenarie transfert et transfundit Intromissionem illi exnunc rea-
lem cum actuali ac pacifica possessione officiose acceptandam admittendo.

Radziszewski Donatio

Coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitan Branscensibus perso-
naliter comparens Nobilis Joannes olim Stanislai Radziszewski sanus mente et